

Affectus tuus plenissime in me effusus, Nob. ac Generose Domine, amplissimo procedit alveo, quo, velut undecumque mœces advesuntur numerosa classe, sic ex Heinsiana suppellectile, Barbarus ille non barbarus, sed doctissimus, Latinus, proprio sermone, originaria ac primigenia literaturâ, ad me vectus est. Nec solum ad me ille venit; verum etiam occasio satis capillata, qua creditorum sodalitati (licet anser inter oves,) felicissimo omnino accedam. Perpetuo enim mens mea estuans amore sapientie, inter varios fortune lusus, solam sibi beatitudinem in hac vita mortali, constituit Sapiantum conversationem intendam, fruendam.

Ut sic subsidant cruribus aspecte  
pelles, et album nitet in alitem!

Hanc spartam dum nantisci hactenus desperabam, nunc favente Minime plenissimo Generose benignitatis tue alveo mihi affluere, satis experior; dum maior spes librorum, quibus forte operi meo absolvendo indigero, affulget: Heinsiana humanitate, ac liberalitate affectum tuum locupletante; quo Palladium presidium, tanquam divite peni, audeam firmiter sperare, et aucter petere. Ut vero aucter possim, operosius Musiam tibi aperiam. Volo hanc necessariam esse, non contingentem et casu natam. Siquidem certissimis principibus enatam simplex modulus ostendit; quâ sonitus gradu, intervalloque, procedentis; quâ numeri notularum figuris distincti; quâ temporis æqualis ac inæqualis; singulorum, inquam, variegationem perpetua, ac propria. Quibus (Motus Modulaminis Varius<sup>fit</sup> Spiritus, inquam, ac Vita Musice) tantamq; omnibus delectamenti, suggerit affluentiam, ut animus satius, nova semper aurium orexi provocatus voluptatem perpetuam comedat, appetatque. Singula explio. Gradus sonituum sunt Semitona, ac Toni. Blandimentum omne in Apotome, semitono majori, est. Ferocitas seu animositas in Diezi, seu semitono minori. utrumque κατ' ἕξοχην, Chromatico ac Diatonico Modulamine. Tonus major durior; minor Tonus mitior est. Hinc Intervalsa sonituum nascuntur. Ditonus, ob binos tonos, est durus, ac incitativus. Semiditonus ꝑ. Tertia minor, ob adiunctum Tono semitonium, lenis. Quarta omnino dura ac tetrica, aspera, mordax est. quia eius extremi sonitus nullam Harmoniam continent. Nam a C. in F. procedendo, mediæ sunt D. et E. (quorum D. ad F. quidem semiditonus est. E. ad C. ditonus). sed D. ad E. Tonus est. Ha

Ita ut inter C. et F. duo Toni medij sunt, proportione sesquioctava. Quarta ergo dura ac tetra. Quinta, Martialis, incitativa, excellens. Sexta major dura, et incitans, ob frequentiores tonos uno semitono commixtos. Sexta minor, mollis, suavis, ac blandiens, ob semitonum bina, temperat passionem ut est.

Maxima dissonantia est in semitonis, majori ac minori, continentibus. sunt enim elementa Cantus, ac primi sonitus tantabiles; adeoque interposita alia Harmonia indivisibiles. A. In disce maxima asperitas est, ac cruditas. Inde sequitur Tonus (v. g. a C. ad D. etc.) dissonantiam minorem B habens: tum septima, inter dissonantias minima, quia continet plura intervalla Harmonica. Omnium sonituum diversitas ac natura est κατὰ τὴν ἀναλογίαν.

Hi sonitus dum temporis iusto spatio, et numeris notularum diversitate procedentibus, moventur; acuminē, aut gravitatē Vocis, ad verborum sensum accommodata; Musicam necessariam absolunt in subiecto, cui Harmonia aptanda. Si autē talis consequatur consonantiarum, ac dissonantiarum, legitima commixtio, pluribus Vocibus facta; tota Musica necessaria rite absolvetur.

Sic veluti Elementa Literaria sunt ad scribendas et pronuntiandas Voces: velut Instrumenta ad artem nata, ac definita. Et sicut sculptorum varij cunei, et Styli: pictorum varij pennis, ad crassiores, aut subtiliores, Lineas ducendas, valent. Ita Musico sic Elementa quadrant; quae cuique in promptu esse debent.

Age nunc. Vir Nobiliss. Musarum Delicium! ~~Si Phyllida~~ Phyllida amas, reliquis meliorem fronte. ~~Virginitate~~ Virginitate; deus tuis immensum tui, corporis, addit.


Vivida mens, vultu, gestuque, et voce serena.

Hanc adeas, calidos retegēt tibi pectoris ignes.

Observabis ibi in verbis, amoresse & cave, esse semitonium majus affectuose blandiens. quis Japor Ambofic a semitono inest? motus majoris amplissimas delicias explicat. Submersum tot, vesementi notularum motu, in fundum pellitur. In verbis, Nolle dolere, mellina semitonia sunt, fabis singulis distincta; sed amaror aculei, Quarta, Sexta major, semidiapente, seu falsa quinta (quam rectius minutam vocamus: falsitas enim potest contingere tam in excessu, quam defectu intervalli) mortis specimen aliquod addere debebat.

Sic: Armat spina rosas, mella tegunt Apes.

Indignant



† id est Notulis

Indignand porro interrogatio. Con assentio che fai?  
quartē in acutum salientis motu, premissis sextā maiori,  
semitonijque a Diatonico modulaminē in Chroma convec-  
sus, exprimēda. Restat Syllis ipsa crudelis; p̄cipri-  
no Harmonic casu (cadentiam vocant), et chromate,  
et dissonantia Tom; et suspensa deinde a casu Harmonia;  
eademque deinde diducta per sextas minorem et maiorem;  
ac septimam; quarta <sup>tandem</sup> Harmoniam, Notum casu ac con-  
turrantia, terminante; sic delinenda, ut crudelitatis  
Vestigium animo relictum maneat  
Hec Musice necessarii natura est, breviter perscripta.  
Pareo nunc tria Diagrammata quorum primo P. Nemi-  
mentum exhibebo, defectus explicabo. Videtur enim  
ille, sicut et Venosa, aliqui, Musicam contingentem  
voluisse; necessariam ignorasse, aut saltem periculum  
illius nullum fecisse. Altero Diagrammate, mentu-  
Nemi emendatum ostendam, nonnullis additis, seu mu-  
ceptum exhibebo, quem nunc explicui; ut collatis sin-  
gulis, estimis siquid rei veritatem. Hoc tamen unum  
obtestor! ut ea que in meis opusculis displicere inven-  
is, liberrime dicas, et corrigas. Ante paucos dies  
in Clavis. D. P. Scriberis, amicus meus singularis,  
suggererat, sub manibus doctorum virorum esse, In-  
troductiones in varias scientias, rogabatque ut in  
Musica aliquid adderem. suadebat illi, ego sciebam,  
et adhuc scio. Rem tuo iudicio committo; ut data  
occasione, quid factum placeat decernas.  
Vale Generose Vir, et propitio numini citius ad  
nos sospes redi. Valeo! Barlemi, xv. kal. Septemb  
cis. dc. xxxvi.

Nob. gen. T. servus

Jo. Alb. Bannius

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint signature or scribble in the lower-left quadrant.]*